



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**SANCTI|| IOANNIS|| DAMASCENI OPERA,||**

**Johannes <Damascenus>**

**Parisiis, 1577**

De perseuerantia: & quòd ea sit, quæ opus absoluat. cap. lii.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71880](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-71880)

D. IOANN. DAMASCENI  
De perseverantia: & quod ea sit, quæ opus absoluant.  
C A P. L I I.

E

ab. 14.  
Lvc. II.

18.



V T T A continua lapidem excusat.  
Quis vestrum habebit amicum, & ibit ad illum media nocte, & dicet illi, Amice, commoda mihi tres panes, quoniam amicus meus venit de via ad me, & non habeo quod ponam ante eum: & ille deinceps respondens, dicat, Noli mihi molestus esse, iam ostium clausum est, & pueri mei mecum sunt in cubili: non possum surgere, & dare tibi. Et si ille perseverauerit pulsans, dico vobis, et si non dabit illi surgens, sed quod amicus eius sit, propter improbitatem tamen surget, & dabit illi quotcunque habet necessarios. Iudex quidam erat in ciuitate, qui Deum non timebat, & hominem non reuerebatur. Vidua autem erat in ciuitate illa, & veniebat ad eum, dicens, Vindica me de adversario meo. Et nolebat per multum tempus. Posthac autem dixit intra se: Etsi Deum non timeo, nec hominem reuereor, tamen quia mihi molesta est haec vi-  
dua, vindicabo eam, ne in nouissimo veniens, fugillet me. Ait autem Dominus: Audite quid iudex iniquitatis dicat. Deus autem non faciet vindictam electorum suorum clamantium ad se die ac nocte: & patientiam habebit in illis? Dico vobis, quia citio faciet vindictam illorum.

H

De homine fidei: & quod raro vir fidelis inueniri queat.  
C A P. L I I I.

Pro. 20.28

I R V M fidelem inuenire difficile est. Vir fide dignus magnopere be-  
nedicetur.

Didymi.

Rarum profecto est hominem nancisci, qui una cum prudentia fidelitatem habeat.

De iis, qui in rebus vanis, atque humanis praesidiis confidunt, ac non in  
Deo spem locant. C A P. L I I I I.

I

Job.  
Psal. 51.

Pro. 18.  
Osee. 10.

Tribuitur  
Habacuc,  
sed falso.  
Esa. 30.

Hier. 17.  
Eccl. 5.



V D O R E affidentur, qui in urbibus & opibus confidunt.  
Videbunt iusti, & timebunt, & super eum ridebunt, & dicent,  
Ecce homo, qui non posuit Deum adiutorem suum, sed spera-  
uit in multitudine diuitiarum suarum, & præualuit in iniquita-  
te sua.

Qui confidit in diuitiis, hic corruerit. Insipiens seipso fre-  
tus, jungitur iniquo.

Quia sperasti in curribus tuis, & in multitudine potentiae tuæ, exurget perditio populo tuo, & omnia præsidia tua debentur, quemadmodum deletus est princi-  
eps Salman in die belli, & matrem cum filiis ad terram alliserunt.

Vltus es in potentia tua duces peccatorum, qui confidebant in arrogancia sua.

Vx qui dicis in corde tuo, Quis me detrahet in terram?

Vana fortitudo vestra facta est. Et noluitis audire, sed dixistis, Super equos

fugiemus.

Maledictus homo qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum,  
& a Domino recedit cor eius.

Ne sequaris in fortitudine tua concupiscentiam cordis tui. Et ne dixeris, Quo-  
modo potui? aut quis me subiicerit propter facta mea? Deus enim vindicans vin-  
dicabit. Ne delecteris in diuitiis tuis.

Cum